



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Isagoge Ad Amorem Divinvm**

**Pennequin, Pierre**

**Antverpiae, 1661**

De devotione sensibili in Oratione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47132](#)

nem, quod intellectus veritates illas altius impressas, & voluntas pios affectus profundiūs infixos retinet. Aliæ sublimiores orationes, quæ passivæ, aut quietis, & silentij, aut unionis appellâtur, dona sunt Dei singularia, ad quæ animus cum patientia & longanimitate parandus; si negentur, id indignitati nostræ tribuendum; si concedantur, divinae benignitati; humiliter proinde suscipienda, & pro iis agenda gratia omniaque ad Dei gloriam piis actionibus amplificandam referenda sunt.

### §. 3.

#### De devotione sensibili in oratione.

**D**evotionem sensibilem vocant suaves aliquos cordis affectus, quibus fidendum non esse ait S. Antoninus, quia in illis etiam interdum reperiuntur, qui peccatis impliciti, nihilominus se ex illis non expeditum, quod in aliquo contigisse ait, qui ad lachrymas usque de peccatis admisis compungebatur, bonisque astuare videbatur desideriis, neque tamen pompis & vanitatibus seculi se abdicabat, nec peccata, eorumque occasions immedias declinare, in animum inducere poterat. Judæos etiam, Gentilesque in sacrificiis suis cæremo-

3 part. tit.  
13. c. 6. §. 16  
16.

niisque proteneris, quos erga legem suam ritusque concipiunt, affectibus ubertim flere ait; Demone ut ardentiūs hos errores tueantur, id agente, humoreisque commovente. In Hispaniis haeticum hominē ad rogam damnatum, & in carcere cum à nostris Sacerdotibus mutandæ male mentis gratiâ visitaretur, urgentereturque, & in ipso deinde theatro medias inter flammas, ingenti In vita I. perfusum lætitia, plenas gaudio Ballicus lachrymas continententer non sine rum spectantium admiratione fudisse legimus.

Devotio vera nihil aliud est, quam ad Dei cultū, obsequiumque prompta & fervens voluntas; operis verò bonitatem ab animi fortitudine & generositate potius quam à sensibili fervore estimandā censem Theologi, quos inter S. Antoninus advertit, nonnullos sensibili dulcedini assuetos, illâ magis, quam sive luminibus duci, illamque potius, quam Dei gloria, virtutumque consecrationem & exercitationem in oratione venari; profectum suum ex illa metiri, cum illâ abundant, magnos se estimare; cum defituntur, animo frangi. Ne similibus deliciis inescatus animus arrogante veneno inficiatur, eas plerumque vel auferre Deum, vel humiliationis antidoto malignitati inde nascenti occurtere, ut in Ange

Angelo satanæ S. Paulum colaphizante evenisse legimus.

18. Quid de sensibili  
judicaret  
Franc. de Sales.

B. Franciscus de Sales has sensibiles devotiones vento matutino, quem vapores excitant, & cui non fidunt nautæ, quia continuò se remittit, & concidit, comparare solebat: Non in illis verus fervor, sed in charitatis affectu consistit: neque enim secundum Theologos aliud est iste inter operandum fervor, quam charitatis ardor, quo aliquis non solum in rebus, ad quas sub peccato obligatur; sed etiam in aliis, quæ si negligantur nullam peccati labeculam secum trahunt, Dei solius amore se exercet: ut enim tum bulliri aquâ dicimus, cum se dilatat, ita tum charitas fervore censenda est, cum ad opera, quæ supererogationis appellant, se extendit.

Cæterum seu ferveas, seu ad instar glacie te sentias; nec oratio tibi sapiat: ne propterea ab orando desiste. Qui ob humores è cerebro desfluentes ciborum saporem non percipiunt, non ideo ab edendo abstinent, sed vires cibi virtute reficiunt, etsi ejus gustu minimè recreentur: idem emblematum ab oratione arida & insipida, sed constante & perseverante recipies.

## §. 4.

*De certis casibus, quibus ad orandum homo obligatur.*

**I**N gravi ad peccatum tentatione hominem ad subsidium à Deo postulandum obligari insinuare videtur S. Thomas: agens enim de quibusdam, qui se à tentationis magnitudine superatos in penitentia tribunali accusant; dicuntque se jejunasse, pugnasse, orasse, & nihilominus sufficienti auxilio destitutos in peccatum confessisse; graviter illos redarguit, quod lapsum in temptationis importunitatem, & cœlestis subsidij defectum rejiciant, cum suam potius in evitandis occasionibus negligentiam, & in auxilio perendo inconstantiam, & teporem agnosceret illos oporteret: Deum enim mendacem faciunt, qui dicit: *Clamatim ad me, & ego exaudiem eos. & Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & egorectificam vos.* & Petere & accipieris. & S. Paulus: *Fidelis Deus, qui non patientur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum temptatione provenientem, ut positis sustinere. unde infert tales non exaudiri, quia tepide, & sine fiducia ac hæfstantes pertinent, neque secum, ut oportet, Ooooo pugnant,*

*Opus. 64.*

19. Ad ora-  
tionem  
obligatur  
homo in  
gravi ten-  
tatione.

*Psal. 9.*

*Matth. 11.*

*1. Cor. 10.*